

## Communio

meritozium est et laudabile. ceteris tamen paribus melius est accedere sumendo sacramentaliter et spiritualiter quam abstinendo tantum spiritualiter sumere. Nam plures effectus consequuntur sacramentum sacramentaliter sumptum. ex ope operato. que non consequuntur ei sumptionem spiritualement tantum. Unde propter imprudentiam eorum atque stultitiam quam dispositi abstinere a sacramentali communione. stulti qui ad se et improvidi quo ad primos. imo ingrati quo ad deum. quia sibi subtrahunt gratie augmentum. primum auxiliium. deo honorem et gratiarum actionem. De quo latius Lec. 87.

**Lec. 88.** Finaliter aliquid de negligentibus qui non nunquam contingunt addendum. de quibus tamen latius Lec. 88. tractatur. Possunt enim defectus contingere circa substantialia et necessaria sacrorum. puta circa materiam. formam. ministrum. aut eius intentionem. Aut circa ceremonialia non necessaria. ut sunt locus. tempus. vestes. vasa. luminaria. orationes. gestus. et huiusmodi. Tertio contingere possunt circa reverentiam sacramenti. ut si fundatur calix. aut gutta sanguis stillat in terram. Quarto circa ministrum. quia forte memorat se non esse ieiunium. De his quadruplicibus defectibus breviter aliquid dicendum.

De primo. si defuerit materia necessaria panis vel vini. si id sacerdos deprehenderit ante consecrationem. accipiat de nouo materiam debitam. procedat ad eius consecrationem nihil repetendo. ubi timetur scandalum populi circumstantis. Si vero post consecrationis verba post sumptionem vel ante cognoverit defectum. puta calicem vacuum vel aqua tantum infusum. quia de pane vit contingere posset. procedat ad cornu altaris. et infuso de nouo vino. redeat ad medium altaris. et ab eo loco incipiat. Simili modo postquam cenatum est etc. legendo cum intentione consecrandi usque ad illum locum. (Vnde memoros) et statim sine ostensione ad populum sumat. et post ablutionem accipiens ad finem missae procedat. et hoc fieri potest breui tempore sine scandalo populi. ita docet. Scotus. Ne tamen hec negligentia contigat. sacerdos in preparatione calicis faciat ministrum gustare vinum in ampulla priusquam fundat in calicem. Caute etiam dum calicem et patenam in manus sacrificaturus accipit videat. ac se certum faciat vinum fore in calice et panem in patena.